Salutem a filio dei Reverende vir socer carissime.
Quod rarius scribo, non dubito quin partim meis occu
pationibus: partim distantiae locorum pro tuo candore tribuas
Ego et barbara mea dei clementi beneficio cum tota familia
recte valemus. Spero socrum feliciter peperisse. Nos vestri
in precibus non obliviscimur. Religionis propemodum nulla
est habita ratio in comitiis. Inter nostros magna fuit distractio.
Multorum principum consiliarii Calvinismum excusare
et palliare studuerunt. Saxones se studiose opposuerunt ne
quid gravius in Elect: palatinum statueretur, Imperator
vero serio cum illo egit, ut amoveret ex palatinatu cum
ministros et professores. tum libros errore Calvini conspur
catos. Elector id obstinate renuit, et turbato animo disces
sit ex Comitiis. Multi existimant proscriptum iri Electorem,
nisi sententiam mutaverit et abiecerit errorem. Elec: Saxo et
Lubecensis graviter me accusarunt apud meum principem:
verum is cum intelligeret me vanissimis calumniis peti, cle
menter et constanter me defendit. D. Illyricus coram
convenit Imperatorem: et clementi responso ab eo est dimissus
post in periculum venit instinctu Saxonis Elect: ut ferunt,
filius autem dei clementer eum texit. Pontificii sub fine
comitiorum acerbissimum scriptum obtulerunt Imperatori:
in quo virulentissime exagitant meas Ecclesias. Ex meis
dissensionibus et securitate spem conceperunt regnum Anti
christi in pristinum statum restitui posse. Sed spe sua haud
dubie frustrabuntur. D. Wigandus multis se excusat quod
te non accessit, Expostulavi cum eo. Cum primasi femina
ad Thermas ferinas profectus est. Valde metuo ne

princeps Iohann: fridericus saxo atrox bellum in Ger
mania accendat, dum ꝑscriptum contra edictum
tuetur. filium dei precor. ut nos cum tota familia Ec
custodiat. Heri ex visitatione scholæ lauinganæ
professorum simultates composuimus: et plures præceptores
cimus iuuentuti. Schola illa non est exiguum ornamentum
harum regionum. Omnino suadeo et hortor ut alteram
tem explicationis Euangeliorum illustrissimo meo princi
ces. Confirmabis enim pium principem. Scio te ampla
nera non captare. Si quid præter expectationem obtige
rit in libro: Ireneus ꝑ libelli dedicationem nihil
quod sciam adhuc accepit. Princeps noster nunc etiam
D Illyricus confessioni Metendorfij non subscripsit:
ego eius probo. Mitto extra fasciculum a do: Illyrico
inscriptum. Non potui citius curare. Barbara mea
ministranda Oeconomia ostendit suam diligentiam,
studium concordiæ & prudentiam: Erga libros uero
ternam sopsur, Ne nostri in precibus obliuiscaris
Conuentus erit Erfordiæ calend: septemb. politicorum
statuum Augustanæ cofess: qui de synodo Theologorum
deliberabunt. & idoneas ꝑsonas deligent. Sed credo
fore. Socrui et toti familiæ salutem adscribo. filia tua
ra te carys: parentem cum tota domo. salutat officiose.
Bene vale. Neuburga 25 Iunij. 1566.

Tilemannus Heshusius
tuus gener totus et ex ani
mo tuus.

Ad: D: Musculum